

cii, cum spiritualis ejusmodi communio interior sit, nec ulla ratione sensibus subjiciatur.

DIFICULTATES. Obj. 1. Nullum, inquit, est argumentum de promptum ex invaliditate sacrificii, in quo nemo sit qui communicet, cum communio populi tunc a sacerdote suppleatur. 2. Fideles præterea jus habent ad sacramenta a Christo pro ipsorum salute instituta. 3. Certum est, eum qui in missa communicat, cui interfuit, obtinere effectum orationum quæ a sacerdote pro communicantibus funduntur, ideoque magis proficiam esse communionem in missa, quam extra ipsam. 4. Dominica institutio, liturgia ecclesiæ praxis, veteris ecclesiæ disciplina, collectæ ac preces quæ in missa recitantur, communionem liturgicam suadent. Ergo.

Resp. Ad 1. Neg. Etenim si communio populi sive realis, sive spiritualis, a1 essentiam sacrificii pertinet, suppleri a sacerdote nequit. In hac præterea adversariorum hypothesi frustra propugnaretur necessitas communionis liturgicæ, dum itaque hæc nobis opponunt, seipsos confidunt. Dici etiam pariter posset, Christum potuisse supplere communionem apostolorum; ruit pròinde, quidquid ipsi ex eucharistia institutione proferunt.

Ad 2. Dist. Fideles jus habent ad sacramenta percipienda, C. ad modum quo illa percipi debent, N. Præstigiare enim modum, tempus, locum, ceteraque adjuncta, quæ sacramentorum collationem respiciunt, speciat ad Ecclesiam, cui Christus banc potestatem contulit. Quodnam igitur jus jactare possunt fideles ad liturgicam communionem?

Ad. 3. Resp. I. Tr. Certum enim pariter est, sacerdotem consecrationis verba preferente super hostias in pyxide asservandas, recitare etiam ipsas preces pro fidelibus, qui suo tempore communicabunt: *Ut quotquot ex hac altaris participatione corpus et sanguinem sumperimus.* Ast, et hoc adversariis dato, communionem liturgicam potiorem esse illa, quæ fit ex praconsecratis, non tamen inde conficitur quod ipsi contendunt. Hinc Resp. II. N. cons. cum ex uestibuli fructu, qui posset percipi ex liturgica communione, minime sequatur divinum extare præceptum aut ecclesiasticum, quo fideles ad illam semper adstringantur. Sed neque argui Ecclesia potest, si majorem hanc utilitatem rationabiliter de causa negligat seu calicem efficaciter non curet, etenim, ut superiorius vidimus, quamvis major gratia proveniret infantibus recens baptizatis ex collatione confirmationis et eucharistie, Ecclesia tamen veterem illam disciplinam justis de causis immutavit: id ipsum dicatur de communione sub utraque specie, licet disputent inter se theologi, num ex ea gratiam aliquam accidentalem fideles consequerentur.

Ad. 4. Dist. Et hæc omnia aliquam congruentiam pro communione liturgica ostendunt, C. ejusdem præceptum, N. Itaque hæc omnia, magno eruditiois ap-

quin innumeris perturbationibus via aperiuntur. Loquitur igitur de eo, quod fieri potest et fieri consuevit a piis fidelibus.

paratu congesta, non evineunt, nisi aliquam congruentiam communicandi in missa. Quod si in nonnullis liturgiis verba reperiuntur, que id præcipere videntur, plerumque in iis solum sermo est de participatione sacramenti, minime vero de communione in ipso sacrificio. Quo sit, ut adversarii nostri in plerisque suis argumentis a sacrificii ratione ad participationem sacramenti fallaciter transeant. Hæc præterea argumenta disjecimus in refutatione protestantium superiori propositione; unde non est cur diutius in iis immorari debeamus.

CAPUT III. DE MATERIA, FORMA ET MINISTRO SACRIFICII EUCHARISTICI.

Cum illud proprium sibi vindicet eucharistia, ut sit sacramentum et sacrificium, eadem proinde est materia et forma tum sacramenti tum sacrificii. Ad formam quod attinet, declinatis questionibus scholasticis: an scilicet Christus sola voluntate, an vero verborum prolatione panem ac vinum commutaverit in corpus et sanguinem suum; item, an verba, quæ in canone præcedunt vel subsequuntur consecrationem, ad ejus essentiam pertineant; his, inquam, declinatis concertationibus, quæ certe non magni videntur momenti; nos cum communis ac certa sententia asserimus, formam essentialis tum sacramenti tum sacrificii consistere in illis verbis: *Hoc est corpus meum, et hic est sanguis meus, seu calix sanguinis mei* (1). In hoc consentiunt patres omnes sive græci sive latini, qui præterea in eo convenient, quod Christus in confiencia eucharistia verbis usus sit, quæ in Evangelio referuntur.

Circa materiam omnes tenent eam in solo pane tritico et vino de vite consistere. Verum quæstio agitur inter Græcos schismaticos et Latinos, an va-

(1) Nonnulli perperam existimarent Græcos et Orientales credere, non verbi ipsius Christi Domini, sed prebus in missa fundit sacerdos post recitata verba ipsius Christi, ad invocandum Spiritum sanctum, ut labiat in sacra dona, eaque *conuictu, convertat*, etc. acceptam referendam esse ipsam immutationem, quæ panis et vinum in Christi corpus et sanguinem convertuntur. Ita inter ceteros Le Brunius et Renaudotius. At certum est Græcos professos fuisse in concilio Florentino sess. ult. eamdem esse de efficacia verborum Christi fidem Graecorum et Latinorum; nempe non hominum orationibus, sed Christi verbis sacramentum perfici. Quare card. Bessarion nomine totius Ecclesie græcae contestatus est: « se dicuisse a patribus suis, ac s. præceptu Chrysostomo, sola virtute verborum Christi panem in corpus, et viuum in sanguinem mutari, itisque solis admirandam istam mutationem et transsubstantiationem adscribendam esse, atque hoc semper credidisse, et in aeternum credituros esse. » Hinc Græci restiterunt, ne hæc veritas insereretur in decreto unionis, eo quod in ignominiam Graecorum ejusmodi insertio censura esset. Armeni tamen instructionem fidei petentibus Eugenius IV statut: « Forma hujus sacramenti sunt verba Salvatoris, quibus hoc confecit. » Idipsum declaratum est a conc. Tridentino sess. xiii. cap. 5.

Ex his consequitur, non ob aliam causam preces illas, quibus invocatur Spiritus sanctus, apud Orientales recitari, quam ad maiorem declarationem illius mutationis, que per Christi verba jam effecta fuerat, ut pluribus exemplis ostendi posset. Cf. de hoc argumento prolixam dissertationem Joan. Benedicti S. J. quæ sic inscribitur: *De augustinismo eucharisticum sacramento antirheticum adversus R. Pelebrum et Eusebium renaudotum*, que extat in *Thesaurus Theol. Zaccariae t. X. p. 525.* et seqq. Ea tamen mihi videatur nimis vehemens et acris adversus homines bene adeo de veritate catholica meritos.

lida materia censendus sit panis azymus? Latini fastentur, perinde esse quoad valorem eucharistiam conticere sive in pane azymo, sive in pane fermentato; Græci vero contendunt non valere consecrationem, nisi in solo pane fermentato. Sic etiam, protestantes omnes cum catholicis consentiunt, vinum de vite validam esse materiam eucharistie; ast rejiciunt et impugnant proximam Ecclesie admisceendi paululum aquæ in calice.

Hæc controversiae magno olim animorum æstu agitate sunt, ast vix nunc non obsoleverunt; siquidem ad panem quod spectat azymum aut fermentatum, vix qui stupidus non sit ex Græcis adhuc item movere audet, quod ex diversitate hac accidentaliter valor pendeat sacrificii eucharistici. Protestantes vero circa aquæ immixtionem jam pariter recesserunt a majorum suorum impotenti furore, et ultra jam nobis dant ex Christi exemplo hunc ritum fuisse ab Ecclesia receptum. Ne tamen videamur penitus prætermittere hæc argumenta, quæ tantum olim excitaverunt fragorem, paucis complectentur, quæ ad has questiones spectant.

De ministro lis viget inter protestantes et catholicos, eo quod illi contendunt, fideles omnes baptismi vi ministros esse eucharistie. Verum de ea controversia agendum nobis erit in Tract. de sacramento Ordinis. Illic potius eos neotericos perstringemus, qui autumnant, fideles omnes adstantes sacrificio non secus ac sacerdotes, vere et proprie dictos ac immediatos esse offerentes, immolatores et sacrificatores (1), nec in alio differre laicos in hac actione a sacerdote affirmant, quam in consecrandi potestate, quæ soli competit sacerdoti in quo se a protestantibus secesserunt. Synodi demum pistoriensis doctrinam resellemus circa speciem sacrificii applicationem pro singularibus individuis, quam fieri posse temere synodus inficiatur.

PROPOSITIO I. — *Panis triticeus, sive azymus sit, sive fermentatus est materia valida sacramenti et sacrificii eucharistici.*

De fide est, ut constat ex concilio Florentini decreto, in quo utriusque Ecclesiæ orientalis et occidentalis patres: *Definimus item*, inquit, in *azymo sive fermentato pane triticeo corpus Christi veraciter confici* (2).

De pane fermentato, uti præmisimus, nemo est qui dubitet; restat igitur, ut ostendamus vere confici eucharistiam etiam in pane azymo. Jam vero id imprimis conficitur exemplo ipsius Christi. Pro certo enim sumimus, Christum postremo anno vite sua pascha judaicum celebrasse, secus ac contra sensum totius antiquitatis, atque Ecclesiæ universæ, imo contra apertam Scripturarum auctoritatem nonnulli arbitriati sunt (3), quorum sententiam merito Benedictus

(1) Ita passim janseniani, quibus, ut videbimus, more suo adhæsit synodus pistoriensis; necnon Nannaronus, qui præterea et illud addit, hanc doctrinam ad fidei dogmata spectare.

(2) Apud Harduin. *Acta concil. tom. ix. col. 986.*

(3) Christum Dominum pascha legale celebrasse jam

XIV. nimis audacem appellat (1). Sane vix jam est, qui eam adstruat inter catholicos. Quo posito, sive dicamus Christum eo anno pascha celebruisse die præcedenti ab eo, quo Judæi celebrarunt, ut præter Paulum Burgessem tenent Jansenius Gandavensis (*Comment in concord. Evangelic. cap. 128*), Maidonatus (*In capite 26. Matth., V. 2*), Petavius (*Lib. XII. de Doctrina temporum, cap. 15 et seqq.*), Natalis Alex (*Diss. XI. in Sec. 11 et 12*) aliique non pauci; sive asseramus, ut plerique volunt, eadem die cum Judæis Christum pascha manducasse, in utramque hypothesi, ipse debuissest juxta legis mosaicæ ordinationem in azymis celebrare, ideoque et in azymis confidere eucharistiam, cum lex aperte dicat: *In die primo non erit fermentum in domibus vestris* (*Exod. XII. 18*). Christum autem hæc die prima azymorum pascha legale celebrasse, tres testantur evangelistæ: *Matth., XXVI. 17. Primo autem die azymorum accesserunt discipuli ad Jesum dicentes: ubi vis paremus tibi comedere pascha. Marc. XIV. 12. et primo die azymorum, quando pascha immolabant; Luc. XXII. 7. Venit autem dies azymorum in qua necesse erat occidi pascha.* Cum ergo prima azymorum die Christus pascha celebraverit et instituerit eucharistiam, nullus remanserat panis fermentatus, in quo potuerit eam confidere, adeoque in pane azymo illam consecravit.

Pro sententia catholica tot insuper habemus testes, quod ex antiquis scriperunt, Christum in azymis celebrazze, qui omnes prorsus sunt Ecclesiæ patres tun græci tun latini, quamvis fortasse sit quedam inter eos discrepantia circa diem (2), ob difficultatem conciliandi s. Joannem cum evangelistis reliquis, de qua postea agemus. Jam vero si patres unanimiter censuerunt Christum instituisse sacramentum et sacrificium eucharisticum in azymis, pro certo profecto tenerunt

sec. 2. inficiatus fuerat Marcion quem confutat s. Epiphanius heres. 42. Marcionem in hac sententia secutus est sec. 6. Joan. Philoponus eutychiano errore infectus de quo loquitur, ejus tamen nominis parcebas, Photius *Liber. Cod. 113. et 116.* Cum vero sec. 11 controversia exarsit Græcos inter et Latinos, azymus an fermentatus panis sit, in quo eucharistia confici debet, nonnulli Græci, quos commemorant Theophylactus et Euthymius in s. Joanne, eandem sententiam ait lexi sunt, univera Ecclesia græca reclamante. Latini ad hæc usque tempora unanimis fuerunt in sententia affirmativa, donec Nicolaus de Villa Gagnonis eques Hierosolymit. et Hieronymus Vecchietto Florentinus coepérunt plurimum illorum Graecorum sententiam propagnare. Obscura tamen jacuit usque ad Bernardum Lamy oratorianum, qui in op. *Harmonia et concordia quatuor Evangelistarum* an. 1689. multijaci eruditione eandem opinionem adstruere nisus est, ac liribus iterum confirmavit adversus suos impugnatores in dissertationibus, quas an. 1697. vulgavit sub titulo, *continuatio tractatus hiato iici de veteri Iudaeorum Paschate.* Huic deinceps adstipulatus est opinio Tournemine in thesibus, quas Luteiae propagnat; Calmet Dissert. *De Paschate* satis ostendit se Lamy sententia suffragari. Verum reliqui omnes, quoque hæc studia proficiunt, ejusmodi sententiam acerrime impugnarunt, inter quos eminent Tillemontius not. 26. ad vitam J. C. Honoratus a s. Maria observat, super critic. t. II. lib. IV. Diss. 6. Witasse *De sacram. Eucharist. sect. 4.*

(1) In op. *De festis* lib. I. cap. 6. n. 7. Suarezius vero eidem heres notam inuissit in 5. p. s. Th. Q. L. ar. 9. sect. 5. Ast ulterius quam par esset, progressus est, in ejusmodi censura, etenim ut sapienter monet Card. Gotti, priusquam propositioni cuiusdam heresegos notam inuimus, Judicium Ecclesie expectandum est. Cf. Bened. XIV. I. c. 2. In op. *De festis* lib. I. cap. 6. n. 7. Suarezius vero eidem heres notam inuissit in 5. p. s. Th. Q. L. ar. 9. sect. 5. Ast ulterius quam par esset, progressus est, in ejusmodi censura, etenim ut sapienter monet Card. Gotti, priusquam propositioni cuiusdam heresegos notam inuimus, Judicium Ecclesie expectandum est. Cf. Bened. XIV. I. c. 2. In op. *De festis* lib. I. cap. 6. n. 7. Suarezius vero eidem heres notam inuissit in 5. p. s. Th. Q. L. ar. 9. sect. 5. Ast ulterius quam par esset, progressus est, in ejusmodi censura, etenim ut sapienter monet Card. Gotti, priusquam propositioni cuiusdam heresegos notam inuimus, Judicium Ecclesie expectandum est. Cf. Bened. XIV. I. c. 2. In op. *De festis* lib. I. cap. 6. n. 7. Suarezius vero eidem heres notam inuissit in 5. p. s. Th. Q. L. ar. 9. sect. 5. Ast ulterius quam par esset, progressus est, in ejusmodi censura, etenim ut sapienter monet Card. Gotti, priusquam propositioni cuiusdam heresegos notam inuimus, Judicium Ecclesie expectandum est. Cf. Bened. XIV. I. c. 2. In op. *De festis* lib. I. cap. 6. n. 7. Suarezius vero eidem heres notam inuissit in 5. p. s. Th. Q. L. ar. 9. sect. 5. Ast ulterius quam par esset, progressus est, in ejusmodi censura, etenim ut sapienter monet Card. Gotti, priusquam propositioni cuiusdam heresegos notam inuimus, Judicium Ecclesie expectandum est. Cf. Bened. XIV. I. c. 2. In op. *De festis* lib. I. cap. 6. n. 7. Suarezius vero eidem heres notam inuissit in 5. p. s. Th. Q. L. ar. 9. sect. 5. Ast ulterius quam par esset, progressus est, in ejusmodi censura, etenim ut sapienter monet Card. Gotti, priusquam propositioni cuiusdam heresegos notam inuimus, Judicium Ecclesie expectandum est. Cf. Bened. XIV. I. c. 2. In op. *De festis* lib. I. cap. 6. n. 7. Suarezius vero eidem heres notam inuissit in 5. p. s. Th. Q. L. ar. 9. sect. 5. Ast ulterius quam par esset, progressus est, in ejusmodi censura, etenim ut sapienter monet Card. Gotti, priusquam propositioni cuiusdam heresegos notam inuimus, Judicium Ecclesie expectandum est. Cf. Bened. XIV. I. c. 2. In op. *De festis* lib. I. cap. 6. n. 7. Suarezius vero eidem heres notam inuissit in 5. p. s. Th. Q. L. ar. 9. sect. 5. Ast ulterius quam par esset, progressus est, in ejusmodi censura, etenim ut sapienter monet Card. Gotti, priusquam propositioni cuiusdam heresegos notam inuimus, Judicium Ecclesie expectandum est. Cf. Bened. XIV. I. c. 2. In op. *De festis* lib. I. cap. 6. n. 7. Suarezius vero eidem heres notam inuissit in 5. p. s. Th. Q. L. ar. 9. sect. 5. Ast ulterius quam par esset, progressus est, in ejusmodi censura, etenim ut sapienter monet Card. Gotti, priusquam propositioni cuiusdam heresegos notam inuimus, Judicium Ecclesie expectandum est. Cf. Bened. XIV. I. c. 2. In op. *De festis* lib. I. cap. 6. n. 7. Suarezius vero eidem heres notam inuissit in 5. p. s. Th. Q. L. ar. 9. sect. 5. Ast ulterius quam par esset, progressus est, in ejusmodi censura, etenim ut sapienter monet Card. Gotti, priusquam propositioni cuiusdam heresegos notam inuimus, Judicium Ecclesie expectandum est. Cf. Bened. XIV. I. c. 2. In op. *De festis* lib. I. cap. 6. n. 7. Suarezius vero eidem heres notam inuissit in 5. p. s. Th. Q. L. ar. 9. sect. 5. Ast ulterius quam par esset, progressus est, in ejusmodi censura, etenim ut sapienter monet Card. Gotti, priusquam propositioni cuiusdam heresegos notam inuimus, Judicium Ecclesie expectandum est. Cf. Bened. XIV. I. c. 2. In op. *De festis* lib. I. cap. 6. n. 7. Suarezius vero eidem heres notam inuissit in 5. p. s. Th. Q. L. ar. 9. sect. 5. Ast ulterius quam par esset, progressus est, in ejusmodi censura, etenim ut sapienter monet Card. Gotti, priusquam propositioni cuiusdam heresegos notam inuimus, Judicium Ecclesie expectandum est. Cf. Bened. XIV. I. c. 2. In op. *De festis* lib. I. cap. 6. n. 7. Suarezius vero eidem heres notam inuissit in 5. p. s. Th. Q. L. ar. 9. sect. 5. Ast ulterius quam par esset, progressus est, in ejusmodi censura, etenim ut sapienter monet Card. Gotti, priusquam propositioni cuiusdam heresegos notam inuimus, Judicium Ecclesie expectandum est. Cf. Bened. XIV. I. c. 2. In op. *De festis* lib. I. cap. 6. n. 7. Suarezius vero eidem heres notam inuissit in 5. p. s. Th. Q. L. ar. 9. sect. 5. Ast ulterius quam par esset, progressus est, in ejusmodi censura, etenim ut sapienter monet Card. Gotti, priusquam propositioni cuiusdam heresegos notam inuimus, Judicium Ecclesie expectandum est. Cf. Bened. XIV. I. c. 2. In op. *De festis* lib. I. cap. 6. n. 7. Suarezius vero eidem heres notam inuissit in 5. p. s. Th. Q. L. ar. 9. sect. 5. Ast ulterius quam par esset, progressus est, in ejusmodi censura, etenim ut sapienter monet Card. Gotti, priusquam propositioni cuiusdam heresegos notam inuimus, Judicium Ecclesie expectandum est. Cf. Bened. XIV. I. c. 2. In op. *De festis* lib. I. cap. 6. n. 7. Suarezius vero eidem heres notam inuissit in 5. p. s. Th. Q. L. ar. 9. sect. 5. Ast ulterius quam par esset, progressus est, in ejusmodi censura, etenim ut sapienter monet Card. Gotti, priusquam propositioni cuiusdam heresegos notam inuimus, Judicium Ecclesie expectandum est. Cf. Bened. XIV. I. c. 2. In op. *De festis* lib. I. cap. 6. n. 7. Suarezius vero eidem heres notam inuissit in 5. p. s. Th. Q. L. ar. 9. sect. 5. Ast ulterius quam par esset, progressus est, in ejusmodi censura, etenim ut sapienter monet Card. Gotti, priusquam propositioni cuiusdam heresegos notam inuimus, Judicium Ecclesie expectandum est. Cf. Bened. XIV. I. c. 2. In op. *De festis* lib. I. cap. 6. n. 7. Suarezius vero eidem heres notam inuissit in 5. p. s. Th. Q. L. ar. 9. sect. 5. Ast ulterius quam par esset, progressus est, in ejusmodi censura, etenim ut sapienter monet Card. Gotti, priusquam propositioni cuiusdam heresegos notam inuimus, Judicium Ecclesie expectandum est. Cf. Bened. XIV. I. c. 2. In op. *De festis* lib. I. cap. 6. n. 7. Suarezius vero eidem heres notam inuissit in 5. p. s. Th. Q. L. ar. 9. sect. 5. Ast ulterius quam par esset, progressus est, in ejusmodi censura, etenim ut sapienter mon

azymum panem esse idoneam hujus sacramenti et sacrificii materiam.

Accedit usus, isque antiquissimus, adhibendi panem azymum in ecclesia occidentali, ad conficiendam eucharistiam. Quamvis enim non ingrediamur questio nem criticam a viris doctissimis agitatam utrum nempe novem prioribus Ecclesie seculis in ecclesia latina usus obtinuerit conserandi in solo pane fermentato, ut vult Sirmondus (1), an vero in solo azymo, ut Ciampinus (2), Mabillonius (3) alii contendunt; an denique promiscuus saltum fuerit utriusque panis azymi ac fermentati usus in eadem ecclesia occidentali, ut praeterea vult card. Bona, cuius sententiae jam plerique eruditii viri caleulum adjiciunt (4), tamen nemo sobrius negabit, monumenta non obscura in antiquitate reperiri ex quibus constet, eucharistiam non raro fuisse confectam in pane azymo apud ecclesias occidentales. Nam in conc. Tolet. XVI, can. VI. prescribitur *Ut non aliter panis in altari Domini sacerdotali benedictione sanctificandus proponatur, nisi integer et nitidus, qui ex studio fuerit preparatus: neque grande aliiquid, sed modica tantum oblatia, secundum quod ecclesiastica consuetudo retinet* (5). Ostendit porro Mabillonius tum ex usu Mozarabum et Gothorum, tum ex opusculo Edelfonsi episcopi, haec verba nonnisi de solo pane azymo intelligi posse (6). Idipsum evincunt, que de oblatis, in ferramento characterato coctis ad usum sacrificii memorat s. Udalricus (7) Alcuinus qui

(1) In opuse. *Disquisitio de azymo* an. 1631. inter ejus opp. edit. Paris 1696. tom. IV. p. 515. et seqq.

(2) *De perpetuo azymorum usu in Ecclesia Latina, vel saltem romana*. Romae. 1688.

(3) *Dissertatio de pane eucharistico azymo ac fermentato*. Paris. 1674.

(4) Cf. *Propylaeum seu præmonitionem* Roberti Sala ad caput. 25. libri primi *seruum liturgicarum*. Card. Bona. August. Taurin. 1749. tom. II. p. 141. et seqq.

(5) Apud Harduin. *Acta concil.* tom. III. col. 1796. et seqq. celebratum autem est hoc concilium an. 605.

(6) Dissert. cit. cap. 8. pag. 83. et seqq.

(7) Lib. I. *consuetudinum cluniacensium* cap. 40. scribit: «In quinquagesima solere apponi ea, que in ferramento characterato de conspersione farine tenuissime sunt, et ab hominibus romane lingue, nebulæ, a nostris appellant *oblatæ*.» Porro has oblatas in usum sacrificii adhibitas esse constat ex epistola 52. Eginhardi quia Vicedomino, aliusque fidelibus precipit: «Ut eulogias preparari faciant secundum consuetudinem *sicut solet homo ad opus Domini facere*.» Vixit Eginhardus sub Carolo M. ejusque filio Ludovico Pio; et proinde atate hostiae intra ferrum characteratum et absque fermento fiebant. Item in lib. II. de miraculis s. Wandregesli Abbatis cap. ult. legitur quamdam sanctimonialem seu devotam feminam, que meritis ejusdem sancti, an. 891, sanata fuerat, «*oblatæ* quæ oblatæ Domino in crastinum erat, formasse; » tum accessisse ad ignem, et «Ferrum, quo comprimente ac decoquendæ erant oblatæ arripuisse. Item sancta Radegundis regina sec. VI, et refert Venantius Fortunatus, iam facta sanctimonialis » more s. Germani in quadragesima frumentum sua manu commolebat, et exinde *oblaciones* suis manibus faciens locis venerabilibus incessanter dispensabat.» Id ipsum legitur de matrona romana in vita s. Gregorii M. Cf. Mabillon. I. c. Ex his, aliusque plurimi documentis, que ex sec. V. VI. VII., etc. referri possent, arguit stupiditatis et inscitiae Wegscheider qui § 176, magna securitate scribere non dubitavit in nota (d). «Pro azymis, a Christo adhibitis, Ecclesia antiquior dicit pane fermentato, sec. 8. et 9. autem Ecclesia occidentalis *primum* non fermentato usus esse videtur, neque tamen constanter ante sec. XI. quo græca quidem Ecclesia panis fermentati usum retinente, *placentulae istæ orbicularis, ostia oblate* dictæ caverunt usurpari. Attamen Mabillonius proferit multismata cusa sub Cariberto, rege Francorum, an. DLXI.

initio sec. IX. obiit, testatur, quod *panis, qui in corpus Christi consecratur, absque fermento ullius alterius infectionis debet esse mundissimus* (*Epist. LXIX. edit. Chesnianæ*). Quæ non possunt intelligi nisi de solo pane azymo. Atque ut cetera monumenta omittam, que recoli possunt apud citt. auctores, in missa ambrosiana, quam Pamelius cum codice mss. melioris note contulit et vulgavit, hic titulus legitur: *Oblatio panis azymi cum patena facienda* (*Apud Mabill. op. cit. pag. 59*). Hujus missæ auctorem Walafridius Strabo agnoscit s. Ambrosius (*Lib. De rebus ecclesiasticis cap. 22*), at eam s. Ambrosio esse antiquiore, et ab apostolica traditione repetendam ostendit el. Mazzuchelli praefectus bibliothecæ Ambrosianæ (1).

Juverit propterea concludere, Christum in azymo certissime eucharistiam consecuisse, quin tamen praecipuum dederit, ut in solo azymo consecraretur; ut enim loquitur Algerus: *Quamvis Christus de azymo pane corpus suum fecerit, forsitan non quia res, que fierat, hoc exigebat, sed quia cena, in qua hoc factum est, panem alium non exhibebat, panem tamen fermentatum non prohibuit* (2). Res propterea est disciplinarius usus alterius panis, atque Ecclesia auctoritati subiectur, que pro diversis temporum, locorum ac rerum adjunctis diversum usum adscivit. Is idcirco usus sancte custodiendus, qui in Ecclesia in qua eucharistia conficitur, obtinet, prout prescriptum est in concilio Florentino (3), nec possunt aut debent Latini incusare Græcos, quod in fermentato consecrent, nec possunt Græci Latinis crimini vertere, quod conficiant in azymis, multo vero minus possunt rejicere azymos tanquam materiam eucharistiae conficiendæ ineptam ac illegitimam.

DIFFICULTATES. Obj. 1. Christi exemplum consecrantis in pane azymo non juvat causam Latinorum, cum longe probabilius sit Christum eo anno pascha legale non celebrasse, ut ex evangelio s. Joannis non obscure colligitur. Nam cap. XIII. 1. et seq. legitur: *Ante diem festum paschæ, sciens Jesus, quia venit hora eius... cena facta etc. cap. XVIII. 28. refert evangelista, Judæos non introisse in prætorium, Ne contaminarentur, sed ut manducarent pascha, et cap. XIX. 14 subdit: Erat autem paraseve Paschæ, id est vigilia, cum Pilatus morti Christum addixit, v. 31. proinde prosequitur: Judei ergo, quoniam paraseve erat ut non remanerent in cruce corpora sabbato (erat enim magnus dies ille sabbati) rogaverunt Pilatum, ut frangerentur eorum crura et tollerentur. Si igitur ante quæ pre se ferunt imaginem calicis et hostiæ rotundæ, quales nostræ sunt* Cf. cap. 8. p. 70. 71.

(1) Cf. *Osservazioni intorno al suglio storico-critico del rito ambrosiano del P. Fumagalli cisterciense, fatto da Piero Mazzuchelli prefetto della biblioteca Ambrosiana*. Milano 1828, ubi ostendit, s. Ambrosius liturgiam quæ ante ipsam viguerat in ecclesia Mediolanensi, solum auxisse *præfationibus, collectis*. etc.

(2) Lib. II. *De sacramento corporis et sanguinis Domini*. Cap. 10.

(3) Apud Harduin. I. c. ubi postquam definitum est a concilio, veraciter confici eucharistiam in azymo sive fermentato pane triticico, additur: «Sacerdotesque in alteratu ipsum Domini corpus conficiere debere, unumquemque scilicet juxta suæ ecclesiæ, sive occidentalis, sive orientalis consuetudinem.»

item festum paschæ Christus cenam celebravit, si in vigilia paschæ crucifixus est, patei aut Christum nullo modo pascha legale celebrasse, aut die saltem precedenti pascha manducasse, adeoque cum panis fermentatus adhuc in usu fuerat, eucharistiam instituisse. Hoc vero confirmatur ex eo, quod cum Christus Joan. XIII. 27. dixisset Iude proditori: *Quod vis facere fac citius, apostoli haec verba intellexerint de iussione a Christo facta, ut ea Iudas emeret, quæ Opus erant ad diem festum*. Quæ interpretatio locum non habuisset, si dies paschatis jam esset incepitus. 2. Accedit, quod si Christus re ipsa comedisset pascha pridie mortis sue, morti datus fuisset ipso die festo, eodem die fuisset e cruce depositus, a quibus profecto die festo celeberrimo abhorrebat Iude a Christo Dominus apostoli interpretari de emptione eorum quæ necessaria erant ad diem festum, nempe azymorum, qui post pascha celebrabantur die sequenti, nempe XV. mensis Nisan (2); 6. quod non cogamur admittere, Christum aut cruci fuisse affixum, aut ab ea depositum die ipso solemnissimo azymorum, qui confundi non debet cum die ipsa immolationis agni paschalis, quæ pridie illius diei in primis vesperis communiter fieri solebat. Ipsa Iudeorum traditio habet, Christum fuisse crucifixum in vigilia paschatis (3). Ruunt propterea Græcorum adversus Latinos difficultates (4).

Resp. Neg. Ant. Ad allatas porro probationes respondimus, optime conciliari tres priores evangelistas cum evangelista Joanne, si dicamus, Christum celebrasse pascha judaicum in primis vesperis diei festi paschalis, qui est dies XIV mensis Nisan; id est ad occasum diei XIII. Cum enim dies festi Iudeorum incipiatur a primis vesperis diei precedentis, expleto sacrificio iugi vespertino, ut lex serebat (1) potuit Christus legaliter die XIV. quæ incipiebat a primis vesperis immolare agnum paschalem in templo iuxta taludicam traditionem (2), post solis occasum comedere cum discipulis suis in cœnaculo (3). Hac ratione omnia bene componuntur, ac 4. quod Christus vere co anno

(1) Quodlibet Iudeorum festum celebrari debet ante finem vigilie, seu diei precedentis, cujus partem adiungere diei festo Hebrei dicunt *addere profanum sacrum*: **הַמְלָאָכָל עַל הַדָּקָרֶשׁ**. Haec detractio diei precedentis fieri potest duabus horis ante solis occasum seu, ut loquantur rabbi, constare potest duodecima parte diei civilis seu astronomici. Ita Maghen-David in *orah-hahayim* n. 261. § 2. R. Joseph. Karo in *Ba-yi-hadach*, aliisque passim.

Ne turbaretur holocaustum iuge, quod *immolabatur* hora secunda cum diuino post meridiem, et *offereatur* hora tercia cum dimidio, velutum erat Hebrei ante id temporis aliud sacrificium offerre. Hinc eo expleto incipiebat immolari in templo agnus paschalis, *ad responderem* ut dicitur in Scriptura. Die porro XIV. mensis Nisan, ut tempus sufficiens haberetur ad hanc immolationem a tribus societatis faciendum, iuge sacrificium offerebatur integræ hora matutinus quam moris esset, ut traditur in Talmude fol. 53. et 64. in tract. *Pesachim* Mischna cap. 5. §§ 1. 5.

(2) Nam dies XIV erat dies festivus seu, ut dicebatur, *festival introductionis*. Hoc porro festum, ut cetera omnia apud Iudeos inciperet debet a primis vesperis. Quo tempore cautum erat ne quid operis servilis perageretur, sed insuper ne in illa Iudeorum domo panis fermentatum inventiretur, ut traditur in Talmude tract. cit. *Pesachim* cap. I. § 4. quod repetit Maimonides tract. *de fermento et azymo* cap. 2. Ab his ipsis primis vesperis incipiebat obligatio immolationis agni paschalis, exinde provenit prohibito, ne quis eo die abscederet ab urbe Hierusalem, etiam summo mane, committendo se itineri ac sic exponeret se periculo non celebranti pascha cum ceteris, et cogeneret illud transferre in messem proxime sequentem. Hinc si Lex determinat horam immolationis agni paschalis cum sol ad occasum vergit unice, id est, ut diximus, ne impediretur iuge sacrificium. Ita in Talmude tract. *Pesachim* fol. 58. et Mischna, cap. 5. § 1.

(3) Quamvis agnus paschalis ante solis occasum immolatur, non poterat tamen manducari nisi noctu, et debet absolvit haec comestio ante medianam noctem. Comedebatur vero in privatorum dominibus intra ambitum Hierusalem. Talmud. I. c. fol. 26. 89. 120. et Zebahim Mischna c. 5. § 8. Hinc Christus Dominus agnum paschalem manducavit *vespere facto*, in quadam domo ad hoc electa in Hierusalem.

celebraverit pascha judaicum, ut tres referunt evangelista; 2. quod ipsum præterea celebraverit in azymis, prout a Mose prescriptum fuerat (1); 3. et celebraverit illud nihilominus *ante diem festum paschæ* ut scribit s. Joannes, et quod consequens est, vere Iudei non introierint in prætorium Pilati ne contaminarentur, sed ut manducarent pascha adhuc ab ipsis immolandum in secundis vesperis ejusdem diei XI^V, post expletum iuge sacrificium vespertinum; 4. quod fuerit idem dies paraseve paschæ, quatenus ante has secundas vesperas omnia gesta sunt, que referuntur in Christi passione, ac debuerint deponi corpora e crucibus, cum ex lege eadem die sepulture mandari deberent (Deut. XXI. 23); 5. quod demum recte potuerint qua dicta fuerunt Iudei a Christo Dominus apostoli interpretari de emptione eorum quæ necessaria erant ad diem festum, nempe azymorum, qui post pascha celebrabantur die sequenti, nempe XV. mensis Nisan (2); 6. quod non cogamur admittere, Christum aut cruci fuisse affixum, aut ab ea depositum die ipso solemnissimo azymorum, qui confundi non debet cum die ipsa immolationis agni paschalis, quæ pridie illius diei in primis vesperis communiter fieri solebat. Ipsa Iudeorum traditio habet, Christum fuisse crucifixum in vigilia paschatis (3). Ruunt propterea Græcorum adversus Latinos difficultates (4).

II. Obj. 1. Azymus non est verus panis, sed aridum lumen ex farina; at vero panis, qui a Christo fuit consecratus, dicitur *ερπος (artos)* id est *elevatus*, quod fit vi fermenti, enjusmodi etiam erant panes a Melchisedech oblati, Christus autem fuit sacerdos secundum ordinem Melchisedech. 2. Verum, dato etiam, quod Christus in azymis consecraverit, non exinde sequitur, posse nos in azymis missam celebrare; usus enim azymorum spectabat ad legalia, quibus Christus œconomia gratia se subiectit, jam vero per Christi mortem legalia primum mortua, deinde mortifera evaserunt; sane nemo licet nunc se circumcidet, quemadmodum Christus fuerit circumcisus. 3. Hinc soli Nazarei, Ebionite, nonnullique alii judaizantes hæretici in azymis consecrarent, a quibus, ut christiani se secererent, in solo fermentato consecrabant eucharistiam. 4. Accedit, apostolos eorumque pri-

(1) Exodo 12. 15. «Septem diebus azyma comedetis; in die prima abolebitis, auerteritis **הַמְלָאָכָל** fermentum a domibus vestris.» Cf. etiam ib. v. 8. 11. auferebatur post fermentatum, ut diximus, a primis vesperis diei XIV seu in secundis vesperis diei 15.

(2) Festum azymorum, quod constanter in diem XV mensis Nisan incidebat, erat celeberrimum. Cf. Exod. XII. 45.

(3) Ita in Talmude tract. cit. fol. 45. et fol. 67. expresse dicitur Iudei Nazarenum cruci affixum esse in *vigilia pesachatis* בְּעֵרֶב פְּסַחַת. Traditio præterea constans synagoga est, hanc vigiliam paschalis incidisse in diem Veneris. Sic auctor liori *Tholedot Jesu* qui loquens de Christi morte scribit: «erat eadem haec dies et paraseve paschalis, et *וְאַתְּרוֹת הַיּוֹם עֲרֵב פְּסַחַת הַיּוֹם וְעֵרֶב שְׁבַת הַיּוֹם*. Cf. apud Wagueiselium *Tela ignea satanae*. Aldorffii Noric. 1681. pag. 18.

(4) Hanc explicationem acceptam retero Cl. Drach. qj profecto in iis quæ spectant ad ritus gentis sue, ceteris est preferendum, ac præterea ob eruditissimum suum notissimum est in republica litteraria, qui sibi proposuit ejusmodi explicationem peculiaris dissertatione illustrare.

mos successores in domibus privatis et furtim, sive
viente persecutione obtulisse sacrificium, nec verisimile
est habuisse in promptu azyma multitudini fidelium
distribuenda. 5. Sane populus, qui offerebat suam
sacrificii partem in pane, eum prout vulgo adhibebat,
offerbat consecrandum; panis vero hic erat
fermentatus. 6. Hinc Patres passim vocant *panem
communem, et usitatum, panem eucharisticum, seu
panem, ex quo conficiebatur eucharistia.* 7. Concilium
*Trullanum vetat ne clericci aut laici comedant azyma
Judaorum (Can. XI).* 8. Azyma sunt signa doloris,
eucharistia autem laetitiae maxime. Ergo.

Resp. ad 1. neg. In communi enim estimatione
verus panis est in azymis non secus ac in fermentato,
cum ejus substantia in mixto farinæ et aquæ igne
subacto consistat. Apud non paucas antiquiores nationes
per plura secula usus obtinuit panis absque fer-
mento confessus (1). Scriptura sexcentis in locis
æque vocat panem sive azymum sive fermentatum,
e. g., *Judic. VI. 20.* de angelo legitur, quod *tetigit carnes et panes azymos.* Nihil porro refert, quod panis a
Christo adhibitus vocetur *επος*, cum notum sit voces,
quæ in usu sunt, longe alia significacione sepe usur-
pari ab ea, quam postularet etymologia, ut pluribus
exemplis facile ostendi posset, si opus esset. Sane *Luc. XXIV. 50. et 56.* vocatur *επος* panis, quem Christus
post resurrectionem suam accepit ac friget, et in cuius
fractione duo discipuli eum cognoverunt. At certum
est illum panem fuisse azymum, cum hoc factum
contigerit diebus azymorum. Oblatio demum Melchi-
sedech figura fuit, quæ adimplita est sive in pane
azymo, sive in pane fermentato: ut præterea ad-
versarios gratis assumere panem, quem Melchisedech
obtulit, fuisse fermentatum. Unde hoc sciunt?

Ad 2. Dist. Mortua, imo mortisera evaserunt legalia,
quæ cum professione christiana componi non poterant,
C. omnia prorsus, N. Nam abstinentia a sanguine et
suffocato etiam pertinebat ad legalia, attamen ab
Apostolis retenta est, et per plura secula in Ecclesia
perduravit: id ipsum dicatur de pluribus usibus, qui
a veteri synagoga in Ecclesiam christianam perver-
nerunt (2). Itaque illa sola legalia abolita sunt, quæ
cum christiana professione consistere non poterant,
cujusmodi erant, quæ Christi adventum et gesta præ-
figurabant, aut quæ professionem judaismi include-
bant, ut circumcisio. Usus autem azymorum est ritus

(1) Ciampinus op. cit. *De azymo et fermentato* cap. 2. pluram
concessit testimonia tum medicorum tum historiorum,
quibus ostendit azymum semper ut verum panem spectatum
fuisse, imo interdum pre fermentato commendatum:
illius præterea usum rivaluisse per plura secula in repub-
lica romana, ita ut non solum milites, sed etiam ingenui
et cives, ipsique imperatores, non modo curiorum tempore,
aut fabriciorum, verum etiam Antoninorum non alio
pane quam azymo vescerentur. Quare si duobus prioribus
Ecclesiæ seculis, juxta adversarios, apostoli eorumque in
sacerdotio successores ad conficiendam eucharistiam ut-
bantur pane, qui pro opportunitate præsto erat, cum con-
stet utrumque panem in usum fuisse, in utroque pro-
miscue eos confecisse consequens est. Sed cf. eudem au-
torem. I. c.

(2) Ex praxi Judæorum profluxit mos ædificandi templo,
quæ versa essent ad orientem, orandi præterea facie ad
orientem versa, aliæque quæplures consuetudines pro-
venerunt de quibus merito fit apud veteres scriptores.

indifferens, qui bonus aut malus esse potest, juxta
animum seu intentionem eum adhibentis. Jam vero
nunquam Ecclesia azyma adscivit animo judaizandi.

Ad 3. Dist. Et heretici illi ex prava animi disposi-
tione ita se gesserunt, ac merito præterea ab Eccle-
sia proscripti sunt, C. Præcise ut Christi exemplo
magis se conformarent prout præstitit Ecclesia, N.
Responsio patet ex modo dictis (1). Illi enim heretici
animo judaizandi non solum pane azymo in mysteriis
celebrandis utebantur, sed præterea totam legem ju-
daicam conjungere satagebant cum religione christia-
na, eamque conjunctionem necessariam esse ad salu-
tem profitebantur. Id ipsum dicitur de hereticis mo-
nophysitis, qui perhibent in azymis confecisse ad
unitatem naturæ in Christo significandam. Isti enim
omnes re in se bona ac indifferenti abutebantur.

Ad 4. 5. et 6. Tr. Nec enim nos contendimus,
nunquam aut apostolos aut eorum successores in
pane fermentato consecrare; imo dicimus verisimilius
pro opportunitate tum in azymo, tum in fermento,
ab iis sacrificium oblatum fuisse, cum uterque
panis idonea materia sit ad consecrationem. Adepta
demum pace, in diversis ecclesiis diversus ritus ob-
tinuit, donec cogitatum est de uniformitate ritus in
ecclesiis præsertim occidentalibus introducenda, ac
usu panis azymo universalis factus est utpote qui sit
candidior, minus fragmentis obnoxius et propius ac-
cedens ad exemplum ipsius Christi, qui tali pane, ut
vidimus, in consciencia eucharistia usus est (2).

Ex his pariter difficultas diluitur ex voce fermenti
deducta qua usi sunt romani pontifices Melchiades,
Siriæ, et Innocentius I. loquentes de oblationibus,
quas ad absentes mittebant (3). Res enim reducitur

(1) Optime s. Th. 5. p. q. 74. a. 4. ad 2. « Confidentes,
inquit, ex azymo non intendunt ceremonias legis servare,
sed conformatre se institutioni Christi. Et ideo non judaizant,
aliquo et celebrantes in pane fermentato judaizant:
quia Judei panes primitiarum fermentatos offerebant.»

Plures scholastici existimariunt, utramque Ecclesiam
græcam et latinam ab initio usum esse in consecratione pa-
nibus azymis exemplo Christi, qui in azymis consecravat:
postmodum vero supervenisse heresim Ebionitarum, qui
docebant legalia præcepta simul cum evangelio servanda
esse, ideoque in mysteriis azymo pane utebantur. In eorum
porro detestationem universam Ecclesiam orientalem et
occidentalem, rejectis azymis, fermentatum panem ad mem-
sam Domini adhibuisse. Demum, illa heres profligata, la-
tinam Ecclesiam ad pristinum morem azymorum rediisse,
Grecis receptione at occasione fermentati consuetudinem
retinuerunt. Jam vero card. Bonaventura liturg. lib. I. cap.
25. ed. Rom. § 5. hanc historiam rejecit, utpote omni desti-
tutam fundamento. Fusius vero ista prosequitur eminentissimus
auctor in edit. Parisiensi Bihainiana § 6.

(2) Cf. Franc. De Berlendis in op. *De oblationibus ad altare.* Venet. 1745 § 1. n. 5. et seqq.

(3) In libro pontificali, qui sub nomine Anastasii circum-
fertur, de Melchiade legitur: « Hic fecit, ut oblationes
consecratae per Ecclesias, ex consecratu episcopi dirige-
rentur, quod declaratur fermentum. » Ibid. in gestis Siriæ
pariter dicitur: « Hic constituit ut nullus presbyter missas
celebraret per omnem hebdomadam, nisi consecratum
episcopi loci designati susiceret declaratum, quod nominatur
fermentum. » In epistola denique Innocentii I. ad
Decentium episc. Eugubinum cap. 5. « De fermento vero,
quod die dominica per titulos missimus, superflue nos con-
sulere voluisti cum omnes ecclesie nostræ intra civitatem
sint constitutæ, quarum presbyteri, qui die ipsa propter
plebem sibi creditam nobiscum convenire non possunt, id
circo fermentum a nobis confectum per acolytos accipiunt,
ut se a nostra communione, maxime illa die, non judent;

ad questionem criticam, circa quam eruditæ viri in
varias sententias abiérunt. Alii enim inter quos Ba-
ronius (*Ad an. 515*), vocem illam interpretantur de
eulogis, sive de pane benedicto, qui cœlesti pane
non refectis distribuebatur post missam (1); alii, ut
Schelstrate (2) ac Benedictus XIV (3), eam exponunt
quidem de eucharistia, ita tamen, ut fermentum dice-
retur, non quod ex pane fermentato confecta fuerit,
sed quia Ecclesiis, ad quas mittebatur, fermenti vim
præstaret, eisque inter se unionis vinculum esset, si-
cut fermentum masse cui commisceretur. B. Joseph
Thomasi cardinalis ex vetustissimo codice men-
branaceo monasterii s. Galli in partibus Helvetiorum,
in quo ordo Ecclesie romanæ in prisca sua puritate
continetur, datam interpretationem ita confirmavit,
ut omnem pene dubitationem sustulerit (4).

Ad 7. Dist. Prohibet concilium Trullanum accipere
azyma a Judæis ad comedendum, C. ad conficiendam
eucharistiam, N. Nec enim in adducto canone sermo
est de eucharistico sacrificio, sed de familiaritate vi-
tanda cum Judæis; en canonis verba: *Nemo eorum,
qui in sacerdotali ordine enumerantur, vel laicus, Judæorum
azyma comedat vel ullam cum eis familiaritatem
ineat, vel in morbis accersat, vel ab eis medicinas acci-
piat* (5).

Ad 8. Dist. Azyma sub aliquo respectu sunt signa
doloris, C. sub omni respectu, N. Utique Moses vocat
azymum panem afflictionis, quia ad Hebraeorum mem-
oriam revocabat vexationes, quas in Ægypto passi
fuerant; at insuper argumentum erat ingentis leti-
tiae, præterea quod ab iisdem angustiis fuerint libera-
ti. Utrumque pariter significant eucharistica azyma,
dolorem quidem, dum recolunt memoriam passionis
Christi, letitiam vero, quia conferunt gratiam et
amoris Christi dant pignus certissimum. Quare Apo-

separatos. Quod per parochias fieri debere non puto: quia
non loage portanda sunt sacramenta, nec nos per coem-
teria diversa constitutis presbyteris destinamus; et presby-
teri corum conficiendorum jus habent atque licentiam. Mirum
est quantum laboraverint illi eruditæ ad hæc mo-
menta illustranda.

(1) Non minor fere viguit inter eruditos disceptatio circa
eulogias, quas alii contendunt esse panem benedictum
diversum a pane eucharistico, alii autem eas vere eucha-
ristiam esse autumantur. Videtur longe probabilius, eu-
charistarum nomine interdum eucharisticum, interdum autem
et fortasse frequentius panem tantum benedictum signifi-
catum esse; non desunt certe monumenta, quæ utriusque
significatione favent. Cf. Binterim op. cit. *Precipua Ecclesie
christi cathol. monumenta.* t. IV. p. 5. schol. 2. cap. 2.
§ 14. pag. 551. et seqq. in *nova explicazione can. XIV*
conc. Laodicæ, de solo pane benedicto eulogias intelligendas
esse adstruit.

(2) *De disciplina Arcani.* cap. 7. art. 5. p. 139.

(3) *De sacrifici. missæ lib. II. cap. 20. § 15. et seqq.*

(4) Cf. integrum hunc ordinem, quem primus vulgavit B.
Card. Thomasius apud Ciampinum op. cit. cap. 3. p. 115.
et seqq. qui præterea alias eruditiorum sententias singula-
tum affert et discutit. Posterior hec sententia, in quam jam
concedunt doctissimi viri Pagius, Mabillonius aliquid non
panel, verisimilior nobis videtur. Cf. eruditum Robertum
Sala in annot. ad Card. Bona lib. I. cap. 25.

(5) Apud Harduin *Acta conc. tom. III. coll. 1065.* Sane
concilium Trullanum inter *επος* reposuisse usum azymi
ex eo aperte colligitur, quod Armenos monophysitas, qui
eucharistiam et in vino puro et in pane azymo conficiebant,
graviter can. 32. reprehenderit, quia *επος πότερον* solum *vinum*
absque aquæ temperamento in mensa sacra offerebant,
quin ullam fecerit mentionem de azymo. Cf. Mabillon.
diss. cit. *De pane azymo et ferment.* cap. 4. p. 45. et
seqq.

stulus I. Cor. V. 8. scribatur: *Epilemur in azymis
sinceritatis et veritatis.*

PROPOSITIO II. — *Solum vinum de vite est materia idonea
sacramenti et sacrificii eucharistici.*

Veteres ebionitæ, et encratitæ, sub sobrietatis
prætextu aquam vino sufficerunt in celebratione eu-
charistie (1); hydroparastæ seu, ut vocat eos s.
Augustinus, aquarii illos secuti sunt (2); licet ex di-
verso principio. Non defuerunt novatores protestan-
tes, qui docuerint in necessitatibus eas ad conficien-
dam eucharistiam inservire posse ut aptam materiam
quidquid vini loco bobi solet (3). Ast vero ad fidem
pertinet, solum vinum de vite necessariam esse hu-
jus sacramenti et sacrificii materiam, ut patet ex
decreto Eugenii IV. pro Armenis: *Tertium est eucha-
ristia sacramentum, cuius materia est panis triticeus et
vinum de vite.* ~

Veritas autem ejus constat ex Matth., XXVI, 29.
atque ex Luc. XXII, 18. ubi vinum a Christo in cœna
adhibitum vocatur *genimen vitis*, nec id diffitetur
adversarii ipsi (4); constat præterea ex perpetua

(1) Cf. S. Epiphanius. *Hæres.* XLVI, ed. Petav. alias XXVI.
n. II. s. Augustini. *Hæres.* LXIV, Theodoret. lib. I. *Hære-
tic. fabularum* cap. de Tatiano, Nicetam Choniatem lib. IV.
Thesauri orthod. fid. cap. 14. ubi Marcionitis eundem tri-
butum errorem, Philastrium Brixiens. *Hæres.* LXXVII.

(2) Loc. cit.

(3) Id constat ex Beza, qui epist. XXV, haec scribit:
« Rogatus pie memorie vir D. Calvinus a fratribus qui
tum in America erant, ubi nullus est vini usus, liceretne
pro vino, ut in cœna Domini vel aqua simplici, qua ple-
rumque illæ utuntur, vel alio illic non inusitato potionis
generi: respondit, fuisse in hoc instituto sacramento
consilium, ut spiritualis alimonie, id est sui ipsius *κοινωνίας*
nobis sub communioni cibi ac potius symbolis representaret:
ac proinde, si non fuisse tum in Judea communis via
usus, proculdubio alia vulgaria potionis usursum fuisse, quod
ex ipsius scopo ac consilio liquet. Itaque nihil a Christi
consilio ac voluntate alienum facere videri, qui non con-
temptu, neque temeritate, sed ipsa necessitate adacti, pro
vino aliud in iis regionibus usitatæ potionis genus usurparunt.

Hoc D. Calvini responsum, ut optima ratione nixum
et Christi consilio consentaneum, noster cotius adeo comp-
rehendit, ut eos superstitione facere censoruerit, quia vini
symbolo usque adeo penderent, ut alteram cœnt partem
omittentes maleant, quam *επος* aliud symbolum, ita co-
gentia necessitate, usurpare. » Id ipsum tenuit Melan-
chthon, qui in libro de usu integri sacramenti scribit: Ru-
thenos ob vini inopia recte facturos, si pro eo usurparent
et *επος*, hoc est aquam inellitam seu medonem. Vossius
pariter hanc sententiam amplius est. Ita isti pro *suprema
potestate* qua possent, seu quam sibi arrogant, qui nihil
volunt esse admittendum, nisi quod in Scriptura conceptus
verbis continetur, quicque ariter insectarent hanc sen-
tentiam in Catholicis, si ipsum adoptassent. Sed protestan-
tibus omnia licet.

(4) Notandum porro verba adducta ex Matthæo et Luca
non fuisse quidem prolatæ de vino consecrato, sed de alio
poco, quod ex Hebreorum sumatur sub fine

et cœnæ: tamen ex illis satis aperte colligitur, vinum illud,
quod Christus vocavit *genimen vitis*, esse de eodem vino,
et hoc in pœnitenzia præcedente consecraret. Ceterum ex
traditione talmudica constat, quatuor solemnies vini calices
in cœna paschali bobi consueverisse, postquam vero quartus
calix haustus esset, usque ad diem 15. bobi amplius vinum
non posse. Hinc sensus intelligitur illorum verborum,
que Christus protulit ib. « Non bibant anno de hoc geni-
mine vitis, usque in diem illam *cum iltud bibam* vobis cum
novum in regno Patris mei; » nempe post suam resurrec-
tionem. Sane cum ei oblatum est de more in passione *τιμην πύρραθμον*, noluit bibere. Ex his etiam constat, cal-
cem illum, post cuius haustum dixit Christus, *non bibam
anno*, fuisse calicem quartum. Cf. *Pesachim* cap. 18. § 8.
et seqq. Moysæ Kotzeusem. *Præceptum affirmatum*
XL1; constat præterea certissime Christum manducasse